um: eductus et egrediens de uagina sua: et fulgurans i amaritudine sua. **V**alent et uenient sup eum horribiles: om̄s tenebre absconde sunt i oculis ei. **D**eavorabit eū ignis qui nō succendit: affligeretur relictus in tabnaculo suo. **R**euvelabūt celi iniquitate ei: et tra consurget adūsus eū. **A**prum erit gerū domus illi: terra heterur in die furoris dei. **H**ec est pars hominis impi a deo: et hereditas uboz eius. **R**espondens aut̄ **XXII** a dñō. **I**ob: dixit. Audite quesō sermonē meos: et agite penitentiā. **S**ustinete me ut ego loquar: et post mea si uidebitur uba. ridete. **N**umq; contra hominem disputatione mea ē: ut merito nō debet am contesteri. **A**ttendite me: et obstupescite: et supponite digitum ori uero. **E**t ego quando recordatus fuero pri mesco: et concutit carnē meam tremor. **Q**uare ḡ impi uiuit. subleuati sunt. confortatis dūntys. **S**emen eoz pmanet coram eis: p̄tēa quod turba et nepotum. in cōspectu eoz. **D**omi eoz securi sunt: et pacate: et nō est uirga di sup illos. **B**os eoz concepit et nō abortiuit: uacca pepit: et nō est priuata fetu suo. **E**grediuntur q̄si greges paruuli eoz: et infantes eoz exultant lusib; **T**enent tympanū et cytharā: et gaudent ad sonū orani. **D**ucunt in bonis dies suos: et in puncto ad inferna descendunt. **O**dixerūt deo. retele a nobis: scientiā uiar tuar nolum. **Q**uis est om̄ps. ut seruiam ei. **E**t quid nobis pdest. si orauerim eum? **V**erūtamen quia

nō sunt in manu eoz bona sua: con-
 siliu eoz longe sit a me. Quoties lu-
 cerna impiorum extinguitur: et sup-
 uenit eis inundatio: et dolores diui-
 det furoris sui. Erunt sicut palee
 ante faciem uenti: et sicut fauilla cy-
 turbo dispigit. D's seruabit filius illi
 dolore patris: et cu rediderit. tunc
 sciet. Videbunt oculi eius imperfectio-
 ne suam: et de furore omnipotentis
 bibet. Quid enim priuet ad eum de do-
 mo sua post se: et si numerus insu-
 eius dimidietur? Numquid dominus quis-
 piam docebit scientiam: qui excelsos in-
 dicat? Iste moritur robustus et san-
 diues et felix. Viscera ei plena sunt
 adipem: et medullis ossa illius irriga-
 tur. Alius uero moritur in amaritu-
 dine aere sue: absq; ullis opib;. Et
 tam simul in puluere dormient: et
 uermes opient illos. Certe noui co-
 gitationes ueras: et sententias contra
 me iniquas. Dicitis enim. Ubi est do-
 mus principis: et ubi tabernacula im-
 piorum? Interrogate quilibet de iato-
 rib; et hec eadem illum intelligere
 cognosceris: qd in diem pditionis
 seruatur malus: et ad diem furoris
 ducitur. Quis arguet coram eo uias
 eius? Et que fecit quis reddet illi?
 Prope ad sepulchra ducetur: et in conge-
 nie mortuorum uigilabit. Dulcis fuit
 glareis cochyni: et post se omnem homi-
 nem trahit: et ante se innumerabiles.
 Quomodo igitur consolamini me
 frustra: cu responsio uera repugnare
 ostensa sit ueritati? **XXII**
 Respondens autem eliphas the-

manites: dixit. Numquid deo compari
 potest homo: etiam cum pfecte fuerit
 scientie? Quid potest deo si iustus fu-
 eris? Aut quid ei confers: si imacula-
 ta fuerit uia tua? Numquid timens
 arguet te: et ueniet tecu ad iudicium.
 et nō ppter maliciā tuā plurimā: et
 infinitas iniquitates tuas? Abstu-
 listi enī pignus frūm tuorū sine cau-
 sa: et nudos spoliasti uestib;. Aquam
 lasso nō dedisti: et esurienti subtrax-
 isti pane. In fortitudine brachii tui
 possedisti terrā: et potentissimi obti-
 nebas eam. Vidi uas dimisisti uacu-
 as: et lacertos pupillorū communisti.
 Propreū circūdatus es laqueis: et co-
 turbat te formido subita. Et puta-
 bas tenebras nō uisitū: et impetu a-
 quarū inundantū nō oppresitū iri-
 An cogitas qd d's excelsior celo sit.
 et sup stellaz uicem sublimetur? **XII**
 dicas. Quid enim nouit d's? Et quasi
 p caliginē iudicat. Nubes latibulū
 eius: nec nostra considerat: et circa car-
 dines celi pambulat. Numquid semi-
 tam seculorū custodire cupis: quā calca-
 uerūt uiri iniqui? Qui sublati sunt
 ante tempus suū: et flumus subū-
 tit fundam̄ta eoz. Qui dicebant deo.
 recede a nobis: et quasi nichil possit
 om̄ps estimabant eū: cum ille im-
 plesset dom' eoz bonis. Quox sente-
 tia: pcul sit a me. Videbunt iusti:
 letabuntur: et innocens subsanna-
 bit eos. Nonne succisa ē erectio eoz:
 et reliquias eoz deuorabit ignis?
 Acquiesce igitur ei: et habeto pace:
 et p hec habebis fructus optimos.

Sustipe ex ore illi legem: et pone sermones eius in corde tuo. Si reūsus fueris ad omnipotētē edificaberis: et longe facies iniquitatē a tabernaculo tuo. Dabit p̄ terra silicem: et pro silice torrentes aureos. Critq; om̄ps contra hostes tuos: et argentū coacter uabitur tibi. Tunc sup omnipotētē delitius afflues: et eleuabis ad dñm faciem tuā. Rogabis eū et exaudiet te: et uota tua reddes. Decernes rem et ueniet tibi: et in ihsuis tuis splendebit lumen. Qui enī humiliatus fuerit. erit in glā: et qui inclinauerit oculos suos ip̄e saluabitur. Saluabitur innocens: saluabitur autē mūdicia manū suarū.

Respondens aut̄ iob. **XIII**
Rat si uane quoq; in amaritudine est sermo n̄s: et man' plage mee aggrauata ē sup gemitū meū. Quis michi tribuat ut cognoscā. et inueniam illū. et ueniam usq; ad solum eū. Ponam corā eo iudicium: et os meū replebo increpationib;. ut sciam ubique in respondeat. et intelligā quid loquatur n̄s. Holo multa fortitudine contendat metū. nec magnitudis sue mole me p̄mat. Proponat equitatem contra me: et pueniet ad uictoriā uidicū meū. Si ad orientē iero n̄ apparet: si ad occidente. nō intelligam eū. Si ad sinistrā. quid agam. Non apprehendam eū. Si me uitam ad dexterā. nō uidebo illum. Ip̄e uō scit uitam meam: et pbauit me quasi aurū qd̄ per ignem transit. Testigia eius secutus est pes n̄s; uitam ei custodiuī: et n̄ de clinaui ex ea. A mandatis labior̄ ei-

nō recessi: et in sinu meo abscondi uba oris eius. Ip̄e enī solus ē. et nemo autere potest cogitationes ei: et aīa eius qd̄cumq; uoluit hoc fecit. Cum expleuerit in me uoluntatē suam: et alia multa similia presto sūt ei. Et idcirco a facie eius turbatus sum: et considerans eū timore sollicitor. Ds molliuit cor meū: et om̄ps conturbauit me. Non enī perit ppter imminentes tenebras: nec faciem meā op̄uit b omnipo. **XIV** caligo.

Atente n̄ sunt abscondita tempa. Qui autē nouerit eum: ignorat dies illius. Alij terminos transtulerunt: diripuerūt greges: et pauerūt eos. Alij nū pupillor̄ abegerūt: et abstulerūt pignore bouem uidue. Subiuterunt pauperū uitam: et op̄issertunt pariter mansuetos tē. Alij quasi onagri in deserto. egrediuntur ad opus suum: uigantesq; ad p̄clam. p̄parant panem liberis. Agrum nō suum demetūt: et uineam eius quē uō op̄issertunt uideant. Audios dimittunt hōies. induūta tollentes quib; n̄ est op̄imentū in frigore: quos ymbres montum rigant: et nō habentes uelām amplexantur lapides. Vim fecerunt depōdantes pupillos: et uulgū paupēm spolia uerunt. Iudis et incidentibus absq; uelitu. et esuientib; tulerūt spicas. Int̄ aceruos eoz meridiati sūt: qui calcatis torcularib; sūt. De circuitatib; fecerūt uitros gemere: et aīe uulnerator̄ clamabūt: et ds multū abire nō patitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini: nescierunt uitas ei: nec

822

reūsi sunt p̄ semitas illi? Nane p̄mo consurgit homicida; et interficit ege nū et paupere: p̄ noctem uero erit quasi fur. Oculus adulteri obseruat caliginē: dicens. Non me uidebit oculus. Et opert multum suū. P̄dūt in tenebris domos. sicut in die conduxerant sibi: et ignorauerūt lucem. Si subito apparuerit aurora. arbitrantur umbrā mortis. et sic in tenebris quasi in luce ambulant. Leuis ē sup faciem aque. Maledicta sit pars eius in terra: nec ambulet p̄ uiam uiuear. Ad nimū calorem transiet ab aquis nimū: et usq; ad inferos peccatū illi. Obliviscatur ei misericordia: dulcedo illius uermis. Hō sit in recordatione: s; conteratur q̄ si lignū in fructuosi. Dauit enim sterilem et que nō patit: et uidue bene nō fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua: et cū steret. non credet uite sue. Dedit ei d̄s locum penitentie: et ille abutetur eo in supbia. Oculi aut eius: sunt in iugis illius. Cleuati sunt ad modicū: et nō subsistent. Et humiliabūtur sicut omnia. et auferentur: et sicut fūmitates spicatū conterentur. Qd si nō ita est. quis me poterit arquere ē īitium. et ponere ante

Rādīn uerba mea. **XXV**
Respondens aut̄ baldad suices: dixit. Potestas et terror est: qui facit concordiam in sublimibus suis. Numqđ est numerus militū eius? Et sup quē nō singit lūm illius? Num quid iustificari potest homo compar̄ deo. aut apparere mūdus natus de

muliere? Ecce etiam luna n̄ splendor. et stelle nō sunt munde. in cōspectu eius; quanto magis homo putredo. et filius hōis uermis. **XXVI**

Bespondens aut̄ iob. dixit. Cui adiutor es? Numqđ imbecillis? Et sustentas brachū eius qui n̄ est fortis? Cui dedisti consilium? Forsan illi qui nō habet sapientiam. Et prudētiā tuam: ostendisti plurimā. Quē docere uoluisti? Nonne eū qui fecit spirātū? Ecce gigantes gemūt sub aquis: et qui habitant cū eis. Audus est inferus coram illo: et nullum est opimū p̄ditioni. Qui extendit aquilonē sup uacuū: et appendit terram sup nichili. Qui ligat aquas in nib; suis: ut nō erumpant partē de oris. Qui tenet multū solū sui: et expandit sup illud nebulam suam. Terminū circumdedit aquis: usq; dum finiatur lux et tenebre. Colūpne celi contemscit: et pavent ad nutū eius. In fortitudine illi repente maria congregata sunt: et prudētia eius p̄cessit supbum. Sp̄s eius ornauit celos: et obstetricante manu eius. eductus ē coluber tortuosus. Ecce hec ex parte dicta sunt uiax ei. Et cum uix patuam stillam sermonis ei au dicēt; quis poterit tonitruū magnitudinis ei intueri? **XXVII**

Addidit quoq; iob assumens p̄abolam suam: et ait. Siuit d̄s qui abstulit iudicū meū. et omnipotens qui ad amaritudinē adduxit aīam meam; quia donec superest halitus in me: et sp̄s dei in narib; meis. nō lo-

quentur labia mea iniquitate: nec
lingua mea meditabitur mendacium.
Abist a me: ut iustos uos esse iudicem.
Donec deficiam: non recedam ab innocentia mea. Justificatione mea quam
cepi tenere: non deseram. Neque enim
reprehendit me cor meum: in omni uita
mea. Sicut impi inimicus noster: et
aduersarius quasi inquis. Que enim
spes est hypocrite si auare rapiat: et non
liberet dominus animam eius. Numquid clau-
morem ei dominus audiet: cu uenerit super
illud angustia? Aut poterit in omnipotenti
delectari: et inuocare deum in
omni tempore? Docebo uos per manum
dei que omnipotens habeat: nec abscondatur.
Ecce uos omnes nostis: et quid sine
causa uana loquimini? Hec est pars
hominum impiorum apud dominum: et hereditas
uolentorum quam ab omnipotente susci-
pient. Si multiplicati fuerint filii eius:
in gladio erunt: et nepotes eius non sa-
turabuntur pane. Qui reliqui fuerint
ex eo. sepelientur in interitu: et uidetur
illius non plorabunt. Si comportauit
quasi terram argentum: et sicut lutum per
paruit uestimenta: parauit quidem.
Iustus uestietur illis: et argentum
innocens diuidet. Edificauit sicut ti-
nea domum suam: et sicut custos fecit
umbraculum. Dives cum dormierit: nichil
secum auferet: aperte oculos suos: et mi-
chil inueniet. Apprehendet eum quasi
aqua inopia: nocte oppinet eum tem-
pestas. Tollit eum uentus urens: et au-
feret: et uelut turbo rapiet eum de loco
suo. Emitteret super eum et non parcer:
de manu eius fugiens fugiet. Stringet

Lipsum eum manus suas: et sibilabit super
illum intuens locum eius. **XVIII.** **330**
Habet argentum uenax suarum princi-
cipia: et auro locus est in quo con-
flatitur. Ferrum de terra tollitur: et la-
pis solitus calore: in eis uincitur. Tem-
pus posuit tenebris: et uniusorū fine
ipse considerat. Lapidem quoque caliginis
et umbrā mortis diuidit torrens a
populo pegrinante: eos quos oblitus est
pes egentis hominis. et inuios. Terra de-
qua orebatur panis: in loco suo igni
subuisa est. Locus saphiri lapides ei.
et glebe illius aurum. Semita igno-
ravit auctor: nec intuitus est oculus uul-
turi. Non calcauerunt eam filii in-
stitorum: nec pertransiuit per eam leena.
Ad fulcem extendit manum suam: sub-
uerit a radice montes. In petris
ruos excidit: et omne preciosum ui-
dit oculus eius. Profunda quoque flu-
uior scrutatus est: et abscondita pro-
duxit in lucem. Sapientia uero ubi in-
uenitur. et quis est locus intelligentie?
Hoc est homo precium eius: nec
inuenitur in terra suauiter uiuen-
tiuum. Abyssus dicit: non est in me:
et mare loquitur: non est mecum. Non da-
bitur aurum obrixi pro ea: nec ap-
pendetur argentum in comutatione
eius. Non conferetur tinctis in die
coloribus: nec lapidi sardonico preocio-
fissimo uel saphiro. Non adequabitur
ei aurum uel uitrum: nec comutabili-
tur per ea uasa auri excelsa et eminen-
tia: non commemorantur in compati-
one eius. Trahitur autem sapientia de
occultis. Non adequabitur ei topazi-

um de ethiopia: nec tincture mūdissi
me componetur. **O**nde ḡ sapientia
uenit. et quis ē locus intelligentie?
Abscondita ē ab oculis omnī iuuen-
tiū: uolucres quoq; celi latet. **A**dīcio
et mors: dixerunt. **A**urib; uiris audi-
ūm famā eius. **D**ōs intelligit uā
eius: et ip̄e nouit locum illius. **I**pse
enim fines mūdi intuetur: et om̄ia
que sub celo sunt respicit. **Q**ui fecit
uentis pondus: et aquas appendit
mūsura. **Q**uando ponebat pluuius le-
gem. et uiam p̄cellis sonantib; tūc
uidit illam et enarravit. et p̄pauit
et iuvestigauit. **E**t dixit homini. **C**e-
te timor dñi ip̄e est sapia: et recedere
a malo intelligentia. **XXIX**

Fddidit quoq; iob assumens pa-
bolam suam: et dixit. **Q**uis
m̄ tribuat ut sim iuxta m̄ses pristi-
nos. scđm̄ dies quib; dō custodiebat
me. **Q**uando splendebat lucerna ei
sup caput meū: et ad lumen eius ambu-
labam in tenebris. **S**icut fū in dieb;
adolescentie mee: qđdo secreto deus
erat in tabernaculo meo. **Q**uando erat
om̄ps metum: et in circuitu meo pu-
eri mei. **Q**uando lauabā pedes meos
butiro: et petra fundebat m̄ tuuos o-
lei. **Q**uando pcedebam ad portam ci-
uitatis: et in platea parabant cathe-
drām m̄. **I**idebant me iuuenes et
abscondebantur: et senes assurgētes
stabant. **P**incipes cessabant loqui: et
digitū supponebant ori suo. **V**ocem
suam cohibebant duces: et lingua
eoz gutturi suo adhærebat. **A**uris
audiens beatificabat me: et oculus

uidens testimoniuū reddebat m̄: eo
qd̄ libāsem pauperē vociferante: et
pupillū cui nō est adiutor. **H**indicio
perituri sup me ueniebat: et cor ui-
due consolatus sū. **J**usticia induitus
sum: et uestiuit me sicut uestimentum.
et diadēmate iudicio meo. **O**culus fū
ceto: et pes claudio. **P**at eram pauper:
et causam quā nescieba. diligentissi-
me iuvestigabā. **C**onterebā molas
mūqu: et de dentib; illi⁹ auferebam
pdam. **D**icebamq; in mūllo meo mo-
riar; et sicut palma multiplicabo dies.
Radix mea apta ē seclus aquas: et ros
morabitur in missione mea. **G**loria
mea semp inuouabitur: et artus m̄s
in manu mea iuastirabitur. **Q**ui
me audiebat. expectabāt sententia:
et intenti rasebant ad consilium meū.
Verbis meis addere nichil audebat:
et sup illos stillabat eloquiuū meū. **E**x-
pectabant me sicut pluuiā: et os suū
apiebant quasi ad ymbre serotinū.
Si quando ridebam ad eos. nō crede-
bant: et lux uultus mei nō eadebat
in crām. **S**i uolussem ire ad eos: se-
debam prim⁹. **C**umq; sedecem quasi
rex circumstante exercitu: eram tam
merentū consolator. **XXX**

Dyne aut derident me iuiores
tempore: quoq; nō dignabar pa-
tres ponere cū canib; gregis mei. **Q**z
uirtus manū m̄ erat p̄ nichilo: et
uita ip̄a putabantur indigni: egesta-
te et fame steriles. **Q**ui rodebant in
solitudine: squalentes calamitate et
miseria: et mandebant herbas et ar-
bor̄ cortices: et radix iuiperoz erat

cibus eoz. Qui de conuallibz ista rapi-
entes. cū singula repperissent: ad ea cū
clamore turrebant. In desertis habita-
bant torrentiū. et in caūnis tēre: uel
sup glāream. Qui inter huicemodi le-
tabantur: et ēe sub sentibz delicias co-
putabant. **S**ilū stultoz et ignobilū:
et in terra penitus n̄ parentes. **A**unc
in eoz canticū conūsus sum: et fact⁹
sum eis puerbiū. Ab hominibz me.
et longe fugiunt a me: et faciem mēā
conspuere nō uerentur. **P**hāretrā em̄
suam apuit. et affixit me: et frenū
posuit in os meū. Ad dexterā orientis
calamitates mee ilico surrexerunt;
pedes meos subiterunt: et opp̄serunt
quasi fluctibz semitis suis. **D**issipa-
uerunt itinera mea; insidiati sunt
m̄. et pualuerunt: et n̄ fuit qui ferret
auxiliū. **Q**uasi rupto muro et apta-
iamia irruerūt sup me: et ad meas
miserias deuoluti sunt. **R**edactus sū
in nichilū. Abstulit uentus desiderū
meū: et uelut nubes p̄transiſt salus
mea. **A**unc aut̄ in me metiō marces-
cit anima mea: et possident me dies
afflictionis. **N**octe os meū p̄foratur
doloribz: et qui me comedunt n̄ dor-
mūt. In multititudine eoz consumitur
uestimentū meū: et quasi capitio tumi-
ce succinxit me. **C**ompatit sum
luto: et assimilatus sum fauille & ci-
neri. **C**lamo ad te et n̄ exaudis me:
sto et n̄ respiciſt me. **M**utatus es m̄
in crudelē: et in duricia manū tue
adūsarīs m̄. Cleuasti me: et quasi
sup uentū ponens illisisti ualide. **S**eo
quia morti trades me: ubi cōstituta

est domus om̄i uiuenti. Verūtam nō
ad consumptionē eoz emitis manū
tuam: et si corruerint ipse saluabis.
Flebam quondā sup eo qui afflictus
erat: et compatiebatur aīa mea paupi.
Expectabā bona: et uenēt m̄ mala.
Prestolabar lucem: et eruperūt tene-
bre. **I**nteriora mea effervescūt absq;
ulla requie: p̄uenierunt me dies af-
flictionis. **M**erens incedebam: sine
furore consurgēs. in turba clamabā.
Frat̄ fui draconū: et socius structio-
num. **C**utis mea denigrata est sup
me: et ossa mea atuerunt p̄ cauma-
te. **V**ersa est in luctū cythara mea:
et organū meum in uocem flentū.

Pepigi fedus cum **XXXI**
oculis meis: ut ne cogitarem
quidē de uirgine. **Q**uā enim patrē
haberet in me ds̄ desup. et hereditatē
om̄ps de excellis. **H**umqd̄ n̄ p̄ditio
est iniquo. et alienatio op̄antibz in-
quitatē. **N**onne ip̄e considerat uas
meas. et cunctos gressus meos diu-
nerat? **S**i ambulauī in uanitate:
festinauit in dolo pes m̄s; appendat
me in statera uista: et sciat ds̄ sum
placatē meā. **S**i declinauīt gressus
m̄s deuia. si securus ē oculus m̄s cor
meū; et manibz meis adhesit macula;
seram et alius comedat: et p̄genues
mea eradicitur. **S**i deceptum ē cor
meū sup mulierē. et si ad ostrum a-
micū mei insidiatus sum: scortū alte-
rius sit uxor mea: et sup illam incur-
uentur ali. **H**oc emī nefas ē: et in-
quitas maxima. **I**gnis est usq; ad p̄
ditionē deuorans: et oīa eradicans

242

genimina. Si contempsi subire iudicium cū seruo meo et ancilla mea! cū disceptaret adūsum me. Quid enī faciam cū surrexerit ad iudicandū dī. et cū quesierit quid respondebo illi? Numqđ nō in utero fecit me qui r̄ il lum opatus ē. et formauit in uulua unius? Si negabam quod uolebant paupibz. et oculos uidue expectare se ci. Si comedī bucellam meā solus. et nō comedīt pupillus ex ea; quia ab infantia mea creuit meū miseratio! et de utero matris mee egressa ē me cum. Si despexi p̄teuenīt eo qđ nō habuit indumentū. et absq; opimēto pauperē. Si nō bñdixerūt michi lāterā eius. de uellerib; ouū meaz calefactus ē. Si leuauī sup pupillum manū meam. etiā cū uiderem me ī portam supiorem; humerus meus a uincitura cadat. et brachū meum cū ossib; suis conteratur. Semp enī quasi tumētes sup me fluctus. timui dī. et pondus eius ferre nō potui. Si putauī aurum robur meū. r̄ ob rizo dixi. fiducia mea. Si letatus sū sup diuitis meis multis. et q̄a plu rima reperit manū mea. Si uidi so lem cū fugeret. et lunam incedentē clare; et letatum ē in abscondito cor meū. et osculatus sum manū meā ore meo. que est iniquitas maxima. et negatio contra dī altissimū. Si gauius sum ad ruinam ei qui me oderat. et exultaui qđ inuenisset eu malū. Non enī dedi ad peccandum guttur meū. ut expetere maledices aīam eius. Si nō dixerunt uiri ta

bñaguli mei; quis det de carnibz ei ut saremur. Foris nō mansit p̄geinus: ostū meū uatorū patut. Si abscondi quasi homo peccatū meū. et celauī in sinu meo iniquitatē meā. Si expauī ad multitudinē numīa; et despectio p̄pīquor terruit me. et non magis tacui. nec egressus sum ostū. Quis m̄ tribuat adiutorē. ut desiderū me um audiat om̄ps. et librum scribat ipse qui iudicat. ut in humero meo p̄ tem illū. et circūdem illum quasi coronam m̄. P singulos gradus meos p̄muntiabo illum. et quasi principi offeram eū. Si adūsum me trā mea clamat. et cum ip̄a sulci ei deflent. Si fructus eius comedī absq; petu ma. et aīam agricolaz eius affixi. pro frumento oriatur m̄ tribulus. et pro ordeo spina. **XXXII**

Omiserunt aut̄ tres uiri isti respondere iob. eo qđ iustus sibi uideret. Et iratus indignatusq; est helyu filius barachel. burzites. de cognatione rām. Iratus ē aut̄ adūsum iob. eo qđ iustum se ēē diceret corā dī. Porro adūsus amicos ei indignatus ē. eo qđ nō inuenissent responsione rationabilem. Si tantūmodo cōtempnas sent iob. Agitur helyu expectauit iob loquente. eo qđ seniores ēēnt qui loq;vantur. Cum aut̄ uidisset quod respondere nō potuissent. iratus est uehemiter. Respondens q; helyu filius barachel. burzites. dixit. Iunior sum tempe. uos aut̄ antiquores. Id circa demissio capite. ueritus sum indicare uobis sententiam meam.

Sperabam enī qd' etas plixior loq-
retur: et annorū multitudō doceret
sapiam. **S**ic ut video. sp̄s est in hōib;
et inspiratio om̄ipotentis dat intelli-
gentiā. Non sunt longeui sapientes:
nec senes intelligent iudicū. Ideo
dicam audite me: ostendā uobis etiā
ego sententiā mēā. Expectaui enim
sermones uōs. audiui prudentiam
uram. donec disceptaretis sermonib;
et donec putabam aliquid uos dicere.
considerabā. **S**ic ut video non est qui
possit arguere iob: et responde ex uo-
bis sermonib; ei. Ne forte dicatis in
uenim sapiam: d̄s p̄icit eum. et nō
homo. Achil locutus ē michi: et ego
nō scđm sermones uōs respondebo
illi. Extimuerūt. et n̄ respondēt ultra:
abstulerūt; à se eloqua. Qm̄ igitur
expectaui et n̄ sunt locuti. Steterunt
ne responderunt ultra; respondebo
et ego partem mēā: et ostendā scien-
tiā mēā. Plenus sum enī sermonib;
et coarcat me sp̄s uerti mei. En uen-
ter m̄s quasi mustū absq; spiraculo.
qd' lagunculas nouas distruxit.
Loquar. et respirabo paululū: aperiā
labia mea. et respondebo. Non accipi-
am psonam uiri: et d̄m homini nō
equabo. Nescio enim quā diu subsis-
tam: et si post modicum tollat me
factor meus. **XXXII**

Hudi igitur iob eloqua mea:
et om̄is sermones meos assulta. Cte
apui os meū: loquetur lingua mea
in fauilib; mers. Simplici corde meo
sermones mei: et sententiam labia
mea puram loquentur. **S**p̄s d̄ fecit

me: et spiraculū om̄i potenteris uiuifi-
cauit me. Si potes responde m̄: et ad
ūlus faciem mēā confiste. Ecce et me
fecit te fecit d̄s: et de ecclēm luto ego
quoc̄ formatus sū. Veritatiū miratu-
lum meū nō te terreat: et eloquentia
mea nō sit tibi grauis. Dixisti ergo in
aurib; mers: et uocem uōborū audiui.
Plundus sum ego. et absq; delicto im-
maculatus: et non ē iniquitas ī me.
Quia querelas in me repperit: ideo ar-
bitratus ē me inimicū sibi: posuit in
necuo pedes meos: custodiuit om̄is se-
mitas meas. Hoc ē ergo: in quo nō es
iustificatus. Respondebo tibi: q̄a ma-
ior sit d̄s homine. Adiūsus eum contē-
dis: qd' nō ad om̄ia uerba respondit
tibi. Semel loquitur d̄s: et secundo id
ipm nō repetit. Sompnū in uisio-
ne nocturna. quando ictuit sopor sup
hōies. et dormiūt in lectulo; tūc apri-
tares uiror. et erudiens eos instruit
disciplina: ut aut̄at hōiem ab hys
que fecit. et liberet eum à supbia. eru-
ens aliam eius à corruptione: et uitā
illius ut nō transeat in gladiū. In-
crepat quoc̄ p̄ dolorem in lectulo: et
om̄ia ossa eius marcescere facit. Ab
hominabilis ei fit in uita sua paucis:
et aīe illius cibus ante desiderabilis.
Tabescet caro eius: et ossa que recta
fuerant mūdabitur. Appropinq̄bit
corruptioni anima ei: et uita illius
mortiferis. Si fuit pro eo angelus
loquens unus de similib; ut amū-
tier hōis equitatē: miserebitur ei: et
dicit. Liba eum: ut nō descendat in
corruptionē. Inueni: in quo ei ppici-

¶

145
Dicitur. Consumpta est caro eius a supplicio:
restitutus ad dies adolescentie sue. De-
bet habere similitudinem et placabilis erit ei; et
iudebit faciem eius in uibilo: et red-
det homini iusticiam suam. Respiciet
hōes: et dicet. Peccavi; et uere deli-
qui: et ut eram dignus non recepi.
Libauit enim aiām suam ne p̄geret
in infernū: sed uiuens lucem uideret.
Ecce hec omnia opatur deus tribus uicibus
per singulos: ut reuocet animas eorum
a corruptione: et illuminet in luce
uiuentium. Attende iob et audi me:
et tace dum ego loquor. Si autem ha-
bes quid loquaris: responde mihi. Io-
quere. Volo enim te apparere iustū.
Quod si non habes. audi me: tace: et do
tebo te sapientiam. **XXXIII**

Promulgans quoque helyu: etiā
hec locutus est. Audite sapi-
entes uera mea: et eruditu assultate
me. Auris enim uerba probat: et gutturi
gustu escas diuidicat. Iudicium eliga-
mus nobis: et inter nos iudeam quid
sit melius. Quia dixisti iob. iustus
sum: et deus subiicit iudicium meum. In
iudicando enim me mandatum est: uiu-
lenta sagitta mea absque ullo peccato.
Quis est uir ut est iob. qui bibit sub-
fannationē quasi aquā. qui gradit
cum opantibus iniquitatē: et ambulat
cum uirtutis impius? Dixit enim. Non
placebit uir deo: etiā si cucurset cum
eo. Ideo uiri cordati audite me. Absit
a deo impietas: et ab omnipotente
iniquitas. Opus enim hōis reddet
ei: et iuxta uias singulorū restituet
eis. Vere enim deus non cōdempnabit

frustra: nec omnis subiicit iudicium.
Quae constituit alium super terram. aut
quae posuit super orbem quae fabricati
est. Si direxerit ad eum cor suum: spi-
ritum illi et flatum ad se trahet. De-
ficiet omnis caro simul: et homo in ci-
nerem revertetur. Si ergo habes intellectu
audi quod dicitur: et assulta uocem
eloquii mei. Numquid qui non amat
iudicium sanari potest? Et quomodo tu
eum qui iustus es in tantum condēnas?
Qui dicit regi apostata: qui uo-
cat duces impios. Qui non accipit pso-
nas principum. nec cognovit tyrannū
cum disceptaret contra pauperē. Opus
enī manus eius: sunt unius. Subi-
to morientur: et in media nocte tur-
babuntur populi: et pertransibunt. Et au-
ferent uiolenti: absque manu. Scilicet
enī eius supinas hominū: et omnes
gressus eorum considerat. Non sūt tene-
bre: et non sūt umbra mortis: ut absco-
dantur ibi qui opantur iniquitatē.
Atque enim ultra in hōis potestate ē:
ut ueniat ad dominum in iudicium. Conteret
multos et innumabiles: et stare fa-
ciet alios per eos. Nō uult enim opa eorum:
idcirco inducit noctem: et cōterentur.
Quasi impios percussit eos in loco ui-
dentiū: qui quasi de industria recesser-
unt ab eo. et omnis uias ei intelligere
noluerunt: ut puenire ficerent ad
eum clamore egredi. et auditet uocem
pauperē. Ipso enim concedente pacem:
quis est qui condemnet? Ex quo
abscondent iustū suū: quis est qui
contempletur eum? Et super gentē: et
super omnes hōes. Qui regnare facit

hōiem hypocritam: ppter peccata ppli.
Quia g ego locutus sum ad dñm: te
quoc; non phibebō. Si errauit tu doce
me: si iniuriantē locutus sum ultra
nō addam. Numq; a te dñs experit e
am. qā displicuit tibi. Tu enim ce
pisti loqui: et nō ego. Quod si quid
nō nō melius: loquere. Vix intelli
gentes loquantur m̄: et vir sapiens
audiat me. Job aut̄ stulte locutus ē:
et uba illius nō sonant disciplinā.
Pater mi: pbetur iob usq; ad finem.
Ne desinas ab homine iniuriantis:
qui addit sup peccata sua blasphemā.
Inter nos interim constringat:
et tunc ad iudicium puocer sermonib;
suis deum. XXXV

gitur helyu hec rursus locutus est.
Numquid equa tibi uiderit tua co
gitatio: ut dices. iustior deo sū.
Diristi enim. Non tibi placet qd rectū
est: uel quid tibi pderit si ego pecca
uero. Itaq; ego respondebo sermo
nib; tuis: et amnis tuis tecū. Suspi
ce celum: et intuere: et contemplare
etherā qd altior te sit. Si peccaueris:
quid ei nocebis? Et si multiplicaret
fuerint iniuriantes tue: quid facies
contra eum? Porro si iuste egeris:
quid donabis ei: aut quid de manu
tua acciperet? Homini qui similis tui
est. nocebit impietas tua: et filiū hōis
adiuuabit iusticia tua. Prop̄ multi
tudinem calumpnator̄ clamabunt: et
euulabunt ppter uim brachij tyran
nor̄. Et n̄ dixit: ubi ē dñs qui fecit me:
et qui dedit carmina in nocte: qui
docet nos sup uimēta terre: et sup

uolucres celi érudit nos. Ibi clama
bunt et n̄ exaudiunt: ppter supbia malor̄.
Non enī frusta audiet dñs:
et omnip̄ singulor̄ causas intuebitur.
Etiam cū dixeris: n̄ considerat: iudi
care coram illo: et expecta eū. Hinc
enī nō interferruorem suū: nec ulci
citur scelus ualde. Ergo iob frusta
apit os suū: et absq; scientia uerba

342

Addens quoq; helyu: hec locut
est. Sustine me paululū: et indica
bo tibi. Adhuc enim habeo: quid pro
deo loquar. Réperā scientiam meā
a principio: et opatorem meū pbabo
iustū. Vere enim absq; mendatio ser
mones mei: et pfecta scientia pbabi
tur tibi. Dñs potentes nō abicit: cum
et ip̄e sit potens: s; nō saluat impios:
et iudicium paupib; tribuit. Non au
fert a iusto oculos suos: et reges in so
lio collocat impetrū: et illic erigun
tur. Et si fuerint in catenis: et uinci
antur sumib; paupertatis: indicabit
eis opa eorū: et scelerā eorū: quia ui
lenti fuerunt. Reuelabitq; aurem
eorū: ut corripiat: et loquetur: ut reu
tantur ab iniuriate. Si audierint:
et obseruauerint: complebunt dies
suos in bono: et annos suos in gla
dium: et consumunt in stultitia. Si
mulatores et callidi puocant iram di
nēr̄: clamabūt cū uinci fuerint. No
rietur in tempestate aīa eorū: et uita
eorū m̄ effeminatos. Cripet paupe
rem de angustia sua: et reuelabit i
tribulatione aurem eius. Iggitur sal

uabit te de ore angusto latissime: et
nō habente fundamētū subter se. Re
quies autē mense tue: erit plena pin
guedine. Causa tua quasi impū iu
dicata ē: causam iudicūq; recipies.
Non te q; supereret ira ut aliquē opp
mas: nec multitudiñ donorū inclinet
te. Depone magnitudinē tuam absq;
tribulacione: et om̄s robustos forti
tudine. Ne p̄trahas noctem: ut as
cendant popli pro eis. Caue ne decli
nes ad iniquitatē: hanc enim cepisti
sequi post miseriā. Ecce d̄s excelsus
in fortitudine sua: et nullus ei si
milis in legis latibulz. Quis poterit
scrutari uias eius. aut quis audet
dicere. opatus es iniquitatē? Nem
to qd̄ ignores opus eius: de quo ce
cinerunt uiri. Om̄s hōies uident e
um: unusquisq; intuetur paci. Ecce
d̄s magnus uincens scientiā nrām:
numeris annoz eius inestimabilis.
Qui auferat stellas pluuiie: et effun
dit ymbres ad instar gurgitum. qui
de nubib; fluunt: que p̄texunt cunc
ta desup. Si uoluerit extende nubes
quasi tentorū suū: et fulgurare lu
mine suo desup. cardines quoq; ma
ris opiet. Hec enim iudicat p̄los:
et dat escas multis mortalibus. In
manib; abscondit lucem: et p̄cepit ei
ut rursum adueniat. Annuntiat de
ea amico suo. qd̄ possessio eius sit:
et ad eam possit ascendē. **XXVII**

Super hoc expauit cor meū: et
semotum est de loco suo. Audi
te auditionē in terrore uocis eius:
et sonum de ore illius. p̄cedentem.

Subt̄ om̄s celos ip̄e considerat: et lu
men illi sup terminos tue. Post eū
rugiet sonitus. Tonabit uoce mag
nitudinis sue: et nō inestigabitur
cū audita fuerit uox eius. Tonabit
d̄s uoce sua mirabilit̄: qui facit ma
gna et inscrutabilia. Qui precipit
nuū ut descendat sup terram: et ly
mis pluuiis: et ymbri fortitudinis
sue. Qui in manu om̄um hominū
signat: ut nouerint singuli opa sua.
Ingredierit bestia latibulū suum: et
in antro suo morabitur. Ab interiorib;
egreditur tempestas: et ab auctero
frigus. Flante deo concrescit gelu: et
rursum latissime fundūtur aque. stu
mentū desiderat nubes: et nubes spar
gunt lumen suū: que lustrant p̄ cir
cūtum quocumq; eas uoluntas gu
bernantis duxerit. ad omne qd̄ p̄ce
perit illis sup faciem orbis trax. siue
in una tribu. siue in terra sua. siue
in quocumq; loco miscet siue eas
uisserit inueniri. Assulta hec iob:
sta et considera miracula dei. Num
quid scis qd̄ p̄ceperit d̄s pluuiis.
ut ostenderet lucem nubium ei? Num
quid nosti semitas nubū magnas.
et p̄fectas scientias? Nonne uestim
ta tua calida sunt. cū p̄stata fuerit
terra austro? Tu forsitan cum eo fa
bricatus es celos: qui solidissimi q̄si
ere fusi sunt. Ostende nobis quid
dicamus illi: nos quippe in uolum
tenebris. Quis narrabit ei que lo
quor? Etiam si locutus fuit homo:
deuorabitur. At nunc non uident
lucem. Subito aer cogetur i nubes:

transfervi fugientib; et
autē uenit: et a deo fru
ndacio. Digne ei imitare
m̄. Auguſtus fortitudine: et u
ltilia: et narrati non po
temebor ei uiri: et ne dic
p̄cepti om̄s quid sibi ut
sapient. **XXVIII**

longens aut̄ dōs nob̄ de rur
satione. Quia est ista multa
etiam seruando emps.
hauri uolumbus tuos. Inter
te respondē. Nob̄ tras
gundam fundamētare tene
t̄. Sapientia intelligentia. Es
firias et si nol̄ uol̄ quis te
quā lumen. Super quo
les soldati sunt. Aut quis
indem angulat eius. G
lutei sumi altera matut
interior omnes filii. Q
satis mact quando triumph
d̄milia pedens. ai po
num uelutinū eius: et ca
lidiā pannis infante
et crudelē illa retinens
p̄puncta et osta. Et dix
iūnes: et nō perdes am
iōnib; frumentis tumis siue
glandib; post omnū om̄i p̄
stalib; et ostendasti auror
ai. Numq; renuisti concu
tūmētū. Et exsistit ip̄os
lamentare ut lutum signa
tūmētū. Sicut ushantū. Au
t̄. Auguſtus lux sua: et buachū
lūmētū. Et mactū. Numq; ut
fundā marcas in uo

et uentus transiens fugabit eas. Ab aquilone aurum ueniet: et a deo formidolosa laudatio. Digne eum inuenire non possum. Magnus fortitudine et iudicio. et iusticia: et enarrari non potest. Ideo timebunt eum uiri: et non audiuntur contemplari omnes qui sibi uidentur esse sapientes.

Bespondens autem dominus iob de tutuine dixit. Quis est iste inuolvens sententias sermonibus impensis? Accinge sicut uir lumbos tuos. Interrogabo te: et responde mihi. Obi eras quando ponebam fundamēta terre? Indica mihi. si habes intelligentiam. Quid posuit insuras ei si nosti. uel quis te tendit super eam lineam? Super quo bases illius solidate sunt? Aut quis demisit lapidem angulare eius? Cum me laudarent simul astra matutina: et uibilarent omnes filii dii. Quid conclusit ostys mare quando erumpbat quasi de nivalia pcedens. cum ponere nubem uestimentū eius: et caligine illud quasi pannis infantie obuoluere? Circuiderit illud terminus mers: et posui uectes. et ostia. Et dixi. Huc uisces; et non pcedes amplius: et hic confringes tumulos fluitus tuos. Numquid post ortum tuum precepisti diluculo. et ostendisti aurore locum suum? Numquid tenuisti concutiens extrema terrae. et excussisti ipios ex ea? Restituetur ut lutum signaculum: et stabit sicut uestimentum. Afferetur ab impiis lux sua: et brachium excelsum confringetur. Numquid ingressus es profundis maris. et in no-

uissimis abyssi deambulasti? Numquid apte sunt tibi portae mortis. et ostia tenetosa uidisti? Numquid considerasti latitudinem terre? Indica mihi si nosti omnia. in qua uia lux habiteret. et tenebras quis locus sit: ut ducas uniuersum ad terminos suos. et intelligas semitas domini eius. Sciebas tunc quod nasceris ex eo. et numerum dierum tuorum noueras? Numquid in gressus es thesauros muis. aut thesauros grandinis aspexisti. que per param in tempus hostis in diem pugne. et belli? Pro quā uiam spargitur lux. dividitur estus super terram? Quis dedit uehemissimo ymbri auras. et uiam sonantis tonitru. ut plueret super terram abscepit hominem in deserto. ubi nullus mortalium comoratur. ut impleret inueniam et desolatam. et produceret herbas uirentes? Quis est pluviae pater. uel quis genuit stillas roris? De cuius utero egressa est glacies. et gelu de celo quis genuit? In similitudinem lapidis aquae durantur: et superficies abyssi constringitur. Numquid coniungit ualebis micantes stellas phades. aut gyrum arcturi poteris dissipare? Numquid produces luciferum in tempore suo. et uestipum super filios terre consergere facies? Numquid nosti ordinem celi. et pones rationem eius in terra? Numquid eleuabis in nebula uocem tuā. et impetus aquarum opiet te? Numquid mittes fulgura et uirum. et reuertentia dicent tibi. assumus? Quis posuit in uisceribus hominis

sapiam: uel quis dedit gallo intellige-
tiam? Qui enarrabit celoy ratione.
et concentu celi quis dormire faciet?
Quando fundabatur puluis in tra-
et glebe compingebantur. Numq[ue]d
cicies leene pdam. et aram catulor
eius implevis. quando cubant in an-
tris. et in specub; insidiantur? Q[ui]s
parat coruo escam suam. quando
pulli eius ad eum clamant uagan-
tes eo quod no[n] habeant cibos.

Domine quoniam nos tuus es salutis noster. misericordia tua in aeternum. et in seculum seculorum. Amen.
Rymquid nosti tempus partus ibicum in petris. uel patientes certas obseruasti? Dumerasti menses conceptus earum. et sciusti tempus partus earum? Incurvantur ad fetum. et parunt. et rugitus emittunt. Separantur filii earum. et pergunt ad pastum. egrediuntur et non reuertuntur ad eas. Quis dimisit onagru liberu. et vincula eius quis solvit? Cui dedi in solitudine domum. et tabernaculum in terra salisugina. Contempnit multitudinem ciuitatis. clamorem exactoris non audit. Circumspicit montes pascue sue. et uirginem queque perquirit. Numquid uolent rhinoceros seruire tibi. aut morabitur ad psepe tuu? Numquid alligabis rinocerota ad arandum lorum tuo. aut confingeris glebas uallium post te? Numquid fidutiam habebis in magna fortitudine eius. et derelinques ei labores tuos? Numquid credes ei quod reddat sementem tibi. et aream tuam congreget? Penna strictionis similis est penitus herodii et accipitris. que dereliquit in terra oua sua. Tu

catus sum qd utinam nō dixissem;
et alterū: quibz ultra non addam.

Iob de turbine dixit. Attinge
sicut uir lumbos tuos. Interrogabo
te: et indica m. Numqđ irritum fa
cies iudicū meū. et condempnabis
me ut iustificeris. **S**i habes brachi
um sicut d̄s. et uoce simili tonas. cir
cumda tibi decorē. et in sublime
erigere. et esto glōsus. et speciosis in
duere uestibz. **D**isp̄ge superbos in
furore tuo. et respiciens omnē ar
rogantē humilia. Respite cunctos
superbos. et confunde eos. et contere
impios in loco suo. Absconde eos in
puluere simul. et facies eoz demerge
in foueam. et ego confitebor: qd sal
uare te possit dextera tua. **E**cce bee
moth quem feci tecum: fenu quasi
bos comedet. Fortitudo ei in lumbis
eius. et uirtus illius in umbilico ue
tris ei. **S**tringit caudam suā quasi
cedrum: neciu testiculoz ei pplexi se.
Ossa eius quasi fistule eris: cartilla
go illi quasi lamine ferree. Ipse p̄nici
num ē iuxta dei. Qui fecit eum: ap
plicabit gladiū eius. Huit montes
herbas ferunt: om̄s bestie agri ibi
ludunt. Sub umbra dormit: i secre
to calami: in locis humītibz. Prote
gunt umbre umbra eius. et circum
dabunt eū salices torrentis. **E**cce ab
sorbebit flumī et nō mirabitur: et
habet fiduciā qd influat iordanis
in os eius. In oculis ei quasi hamo
capiet eum: et in sudibz pforabit
nares eius. An extrahere poteris le

uiathan hamo. et fune ligabis lin
guam eius. Numqđ pones circulū
in naribz ei. aut armilla pforabis
maxillā eius. Numqđ multiplicabit
ad te p̄ces. aut loqtur tibi mollia. Nu
quid feriet tecū pactum. et accipies
eum seruū sempitermū. Numqđ il
ludes ei quasi avi. aut ligabis eum
ancillis tuis. **C**oncident illū amici:
diuident illū negotiatorē. Numqđ
implebis sagenas pelle eius. et gur
gustū piscium capite illius. Pones
sup eum manū tuam: **H**enito belli
ne ultra addas loqui. Ecce spes eius
frustrabitur eū. et uidentibz cunctis
Precipitabitur. **XLI**

344

Non quasi crudelis suscitabo
eum. Quis enī potest resistere uultui
meo. Quis ante dedit m̄ ut reddam
ei. Omnia que sub celo sunt mea sūt.
Non parcam ei ubiis potentibz: i ad
dep̄candū compositis. Quis reuela
bit faciem indumenti eius. et in medū
oris eius quis intrabit? Portas uul
tus ei quis apier. **P**gyrum dentiū
eius formido. Corpus eius q̄si scuta
fusilia: compactū squamis sese pre
mitibz. **U**na uni coniungitur: et nec
spiraculū quidē incedit peas. **U**na
alteri adhærebit: et tenentes se neqđ
sepabuntur. Sternutatio ei splendor
ignis: et oculi ei ut p̄alpebre dilucili.
De ore eius lampades procedunt: sicut
tede ignis accense. De naribz eius p̄
cedit fumus: sicut olle succense atq
feruentis. **H**alitus ei prunas arde
re facit: et flāma de ore ei egreditur.
In collo eius morabitur fortitudo.

et faciem ei p̄cedet egestas. Membra carniū eius: coherentia sibi. Hitler contra eū fulmina: et ad locum aliu nō ferentur. Cor eius indurabitur quasi lapis: et stringetur quasi mal leatoris incus. Cum sublatus fuerit. timebunt angeli: et territi purgabū tur. Cum apprehenderit eum gladius: subsistere nō poterit neq; hastā neq; torax. Reputabit enim quasi paleas ferrum: et quasi lignū putridū es. Non fugabit eum iur sagittarius: in stipulā uersi sunt ei lapides fun de. Quasi stipulā estimabit malle um: et deridebit vibrantē hastam. Sub ipso erunt radū solis: sternet sibi aurū quasi lumen. Feruescere faciet quasi ollam profundū mare: et ponet quasi cū unguenta bulli unt. Post eum lucebit semita: esti mabit abyssum quasi senescente.

Hon ē sup terrā potestas que comparetur ei: qui factus ē ut nullum timeret. Omne sublime uidet: ipse est rex sup umūlos filios superbie. Respondens aut̄ iob. XIII

ad eliphaz themanitem. Ieratus est furor mīs in te: et in duos amicos tu os: qm̄ nō locuti estis corā me rectū. sicut seruus mīs iob. Sumite q̄ uo bis septem tauros: et septē arietes: et ite ad seruū meū iob: et offerete holocaustū p̄ uobis. Job aut̄ seruī mīs: orabit pro uobis. Facie eius suscipiam: ut nō uobis imputet stulticia. Neq; enim locuti estis corā me rectum: sicut seruus mīs iob. Abierunt q̄ eliphaz themanites: et baldad suites: et sophar naamathī tes: et fecerunt sicut locutus fuerat ad eos dñs. Et suscepit dñs faciem iob. Dñs quoq; conuersus est ad pe nitentiā iob: cum oraret ipse p̄ suis amicos. Et addidit quoq; dñs omnia quecumq; fuerant iob: auctorū. Venierunt aut̄ ad eum om̄s fr̄es sui: et uiuēs sorores sue: et cuncti qui no uerant eū prius: et comederunt cū eo panes in domo eius: et mouerūt sup eum caput. Et consolati sunt eum sup omni malo qd̄ intulerat dñs super eū. Et dederunt ei unus quisq; ouem unam: et in auctē unā auream. Dñs aut̄ bñdixit nouissi mis iob: magis quā principio eius. Et facta sunt ei quatuordecī milia ovū: et sex milia cameloz: & mille iuga boum: et mille asine. Et fuerunt ei septem filii: et tres filie. Et uocauit nom̄ unus diem: et nom̄ scle cassiam: et nom̄ tercie cornu tybi. Non sunt aut̄ muente mulieres speciose sicut filie iob: in uiuersa terra. Deditq; eis pater

creditatē: inter fr̄es
nō iob post herē tenti
agmina armis: ex uad
filios filiorū suorum: ut
in generationem: et m
sterner: et plenus ducit
liber iob.

iam quos politis: impli
scutuli p̄ ualimē. Ha
bua sumptui: noctis uos
et libatos suscitauit: u
spoliū nō defuerit in
m. Et ecce et latere homi
uiuersa poscentū: quah
quic̄: me nobis efficien
in labore aliis: aut in
uālar et accepi: quāq; p̄
z iniquus sum. Itaq; lon
tatione facties: ne uem
xamo tenebam: a apud
mā em: indui ouis: ne
in inferno: interpretatio
du trū salomū uo
ui: aslot: quod hibet
la: uulgata euora pue
māderet: qd̄ gressante
z. Ieme contionarum
audire: hyasitū: qd̄
quā uertitur: cana
fūrū: et panatibus:
z. Sparach liber: et laus
cypriphus: au sapientia
uōs inscibit. E. uō
m̄: hebraicum reperi: ni
abdom ut apud latines: si
an m̄notatum: ou uō
an m̄fastes: z canis:

luius hereditatem: inter fr̄es eāꝝ.
Vixit autē iob post hec centum
quadraginta annis: et uidit filioꝝ
suoꝝ: et filioꝝ filioꝝ suorū usq; ad
quartam generationem. Et mor-
tuus est senex: et plenus dierum.
Explicit liber iob.

elog in Ies Salomonis
homo et hebreo
epi: tertius salu-
tem. Jungat epoha
quis vngit sacerdo-
tum cat non diuidat
in nocti ann. Comen-
a iste annos. zacharam. et
iam quos pollicis similes
acutis p ualitudine. Mar-
iana sumptu notarios
libato sustentantes: ur-
bem nesciunt. Et tunc er latere fratre
dieria poscenti. quan-
di sit. ne nobis efficien-
ti laborem alius: aut in-
dari et accepit. quiq; p
siderus sum. Iaq: lon-
giorone fractus. ne prem-
pano tesserim: apud
me em. triu opus. no
inseruant. interpretatio-
nem trum Salomonis uo-
ni: aslori. quod debet
ita vulgarata editio pnt-
tenebatur. qd grecie
et latine contionatorum
audire: syracusum. qd
poterit uenit. cancri
adseritur et panarrhios.
Syrach liber: et aliis
sophis. cui sapientia
inscribitur. Quoniam
alij matutinum reperi: no
nam ut apud latines. si
dilectum. qui uini-
cundas et cancri can-